









14  
52

COLLEGII FEUDALIS  
*DISPUTATIO VII.*

*De*  
Successione Foeminarum,  
Clericorum & Imperfectorum,

*Quam,*

*D. O. M. A.*

In celeberrima VVitebergensium  
Academia,

*SUB PRAESIDIO*

HELFRICI ULRICI HUNNII  
Marpurgensis Hesi U. J. D.

*Privati exercitij causâ proponit*

MATTHÆUS CLAUSIUS  
Ulmensis Suevus.

*Ad diem 4. Julij horis & loco consuetis.*



*VVITEBERGÆ*

Typis Laurentij Seuberlichij.



41

COLLEGIUM THEOLOGICUM  
DISTRICTUS W. M.

Successores  
Clericorum & Insuper

In celebratione V. M.

M. A. T. H. S. S. S.

Actum die 1. Junii 1718

I. W. P. S. S. S. S.





Disputatio Feudalis VII.

De

Succeſſione Foeminarum, Clericorum & imperfectorum.

Thesis. I.

**N**umero illorum, qui regulariter à ſucceſſione feudi removentur, non poſtremum locum obtinent *Fœmina*: Licet enim filia ut filij, agnatae ut agnati ſuccedant L. L. Romano- rum; jure tamen feudorum à ſucceſſione feudi penitus arcentur. *tit. 1. §. 3. tit. 8. §. filia. tit. 24. lib. 1. F. t. 36. §. tit. 50. lib. 2. F.*

II. Non ſolum ob id, quod ad ſervitia feudalìa, adeoq; militaria obeunda planè inepta ſint; verum etiã quòd honeſtati publicæ ac pudori ſexus foeminei repugnet, ut ſecœtui ac conſortio viro- rum immiſceant: quodq; ob fragilitatem judicij bonum conſilium Domino præbere non poſſint, ſecreta Domini vix ac ne vix quidem occultare queant. Quæ tamẽ univerſa atq; ſingula in vaſallo deſiderantur. *tit. 6. lib. 2. F. Sonsbec. part. 9. n. 118. §.*

*ſeqq.*

III. Quin nec liberi illarum, quantumvis maſcu- li,

A 2

li,



li admittuntur: Nō aliā ob causam, quā quod  
succelliones non fiant per saltum, sed juris ordine  
servato, ideoq; necesse sit ad hoc, ut gradus sequēs  
admitti possit, gradum præcedentem successio-  
nis esse capacem l. 1. §. prius. ff. de successor. Edict. l.  
Oclavi C. unde cognati. §. placebat. Instit. de legit.  
agnat. success. Vult. lib. 1. de F. cap. 9. num. 27. vide  
Sneidev vin. part. 6. tit. de success. ab. intestat. num.  
17.

III. Quod ipsum procedit, etiamsi primus ac-  
quirens feudum pro se et suis heredibus, aut suis  
descendentibus acceperit. arg. tit. 13. v. Etsi clien-  
tulus. lib. 1. F. tit. 26. §. Titius. tit. 34. §. 2. lib. 2. F. Vult.  
d. c. 9. n. 28. Zas. in Epitom. feud. part. 8. n. 36. Sons-  
bec. de feud. part. 9. n. 151. Duaren. in comm. feud.  
cap. 10. num. 1. & 2. Walth. lib. 2. miscell. 42.

V. Neq; excipimus hic feudum improprium, si-  
ve conditionatum arg. tit. 23. in fin. lib. 2. F. & tit.  
48. eod. Zas. in Epitom. feud. part. 8. n. 7. Curt. Jun.  
de feud. part. 3. n. 34. Borcholt. de feud. cap. 7. n. 68.  
Duaren. de feud. cap. 10. n. 7. Vult. in d. cap. 9. n. 45.  
Ros. cap. 7. concl. 33.

VI. Nec feudum ligium: Hoc enim, si  
quod est, lōgè fortius, quā cætera feuda ligat,  
ut idcirco in hoc multò minus fœminæ, quā in  
reli,



reliquis succedere possint. *Vult. d. cap. 9. nu. 43.*  
*Borcholt in com. feud. cap. 7. n. 70.*

VII. Uti nec feudum Francum, sive à servitiis —  
liberum *Zas. in epitom. feud. part. 8. n. 44. Schnei-*  
*deuvin. in epitom. feud. part. 6. tit. de success. ab in-*  
*testat. num. 18. & seqq. Duaren. de feud. cap. 10. nu.*  
*7. Borcholt in d. cap. 7. tit. de success. num. 68. Curt.*  
*Jun. part. 3. num. 5. Diss. Intrigliol. quæst. feud. 4.*  
*num. 26. & seqq. Vult. d. cap. 9. num. 41. Rudingi*  
*lib. 1. var. lect. feud. lib. 1. cap. 33. Niell. in disputat. 5.*  
*feud. th. 3. lit. a. Fachin. 7. contr. cap. 39.*

VIII. Nec feudum ad certa servitiia, quæ non  
minus commodè per fœminã atq; per mascu-  
lum expediri possunt, concessum ac cõstitutum.  
*Vide Authores ad prox. thes. allegat.*

IX. Nec feudum emiptitium, sive pecunia em- —  
ptum. *Sonebec. part. 9. num. 121. Vult. d. cap. 9. nu.*  
*44. Rosenth. cap. 7. concl. 34. Fachin. 7. contr. 37.*  
*Borcholt. in comm. feud. cap. 7. tit. de success. nu. 65.*  
*Ruding. var. lect. feud. lib. 1. cap. 32. Rittershus. in*  
*part. feud. lib. 1. cap. 14. q. 2. Sneideuvin. in Epit.*  
*feud. part. 6. tit. de success. ab intestat. num. 32. Diss.*  
*Curt. Jun. de feud. part. 3. princip. num. 6.*

X. Nec denique illud feudum antiquum, cu-



— jus dominus filiae vasalli sui defuncti investituram  
fecerat; vel quia ipsa redemerat, vel propter patris  
sui defuncti fidelia servitia. *Hartman. pistor.*  
*lib. 2. quest. 34. n. 39. Vult. cap. 9. n. 46. Obrecht in*  
*disputat. de feudi success. th. 120. Niell. in disputat. feu.*  
*5. th. 3. Diss. Sneide vvin. in d. tit. de success. ab inte-*  
*stat. n. 35. et seq. Duar. c. 10. num. 5. Curt. Jun. part. 3*  
*num. 4.*

XI. Solùm igitur excipiuntur feudum foemineum,  
quod à Foemina primo acquisitum est: Et illud  
feudum quod hoc tenore hacq; conditione da-  
tū est, ut & foeminæ in illud succederent *tit. 1. §. 3.*  
*lib. 1. F. tit. 11. §. 50. lib. 2. F. Sonsbec. part. 9. num.*  
*128. Borcholt. de feud. cap. 7. num. 66. Zas. part. 8.*  
*num. 38.*

XII. In feudum igitur foemineum foeminæ  
illarumq; progenies succedunt etiam sine speciali  
pacto. *tit. 8. lib. 1. F. tit. 11. tit. 30. et tit. 50. lib. 2. F. Vult.*  
*c. 9. n. 40. Schenck Baro in tit. 1. lib. 1. F. Borcholt. in d.*  
*cap. 7. tit. de success. feu. n. 69. Sonsbec. de feud. part. 9. n.*  
*123. Sneide vvin. part. 6. tit. de success. ab intestat. n. 34.*  
*Duaren. cap. 10. n. 4.*

XIII. Idq; vel ex eo manifestum evadit, quod in  
feuda etiam masculina, ut modo dictum est, succe-  
dant



dant foeminae ex speciali pacto. *d. tit. 1. §. 3. lib. 1.*  
*F. & tit. II. §. 50. lib. 2. Feud.*

XIII. Quod si una aliqua filia ex pluribus nomi-  
natim & expressè ad feudum fuerit vocata, pla-  
cet illam solam admitti, ac præter eam nullam  
aliã, *arg. l. 27. §. si pacta. ff. de pact. Vult. d. cap. 9. n.*  
*47.*

XV. Si verò ex pluribus una aliqua indeter-  
minatè, nulla specifica alicujus mētionē factã,  
fuerit vocata, rationi cōsentaneum videtur, Do-  
mino feudi electionem dari, quam ipse ex omni-  
bus succedere velit. *l. arg. tit. 12. in fine lib. 2. F.*  
*Vult. cap. 9. nu. 47. Rosenthal. cap. 7. conclus. 42.*  
*Diss. Curt. Jun. de feud. part. 3. membr. 1. num. 20.*  
*Sneider voin. part. 6. tit. de success. ab intest. num. 53.*  
*Zas. part. 8. nu. 65.*

XVI. Porro investituræ pacto filiã ad feudi  
successionem vocatã, etiam neptes vocatas cen-  
seri, æquum est, *l. 84. ff. de U. S. l. 14. ff. ad SC.*  
*Vellej. l. 59. ff. de rit. nupt. Diss. Niell. in disputat.*  
*feud. 5. thes. 4. lit. b.*

XVII. Cæterũ his casib. quib. foeminas succedere  
diximus.



diximus, ita demum admittuntur, si masculi omnes ex primo acquirente descendentes defecerint, *tit. 8. §. filia lib. 1. F. Rittersbus, in part. feud. cap. 14. quest. 2.*

— **XVIII.** Id quod & tunc obtinere putamus, cum feudum sic datum est, ut foeminae cum masculis succederent, *arg. tit. 6. §. 1. Et tit. 8. lib. 1. F. junct. l. 36. §. 2 ff. de legat. 1. l. 40. ff. de usu Et usufr. legat. l. 8. in pr. ff. De usufr. accresc. Duaren. cap. 10. nu. 9. Fachin. 7. contr. 43. Zas. part. 8. n. 48. in fine. Sneidev. part. 6. tit. 2. n. 39. Valentin. Forster. in tractat. de success. ab intestat. lib. 3. cap. 19. Sneidev. p. 6. tit. de success. ab intest. nu. 39. Diss. Bocer. de investit. feudi c. 5. n. 50. Borcholt. cap. 7. n. 67. Rosent. cap. 7. concl. 41.*

— **XIX.** Sed, num & ille masculus foeminam excludat, qui ex linea foeminina descendit? Dubium est. Affirmativa tamen verior ac textibus feudalibus convenientior videtur, *tit. 17. lib. 2. F. Duaren. in comm. feud. cap. 10. n. 10. Borcholt cap. 7. tit. de success. nu. 75.*

— **XX.** Semel aut per masculum foemina exclusa in perpetuum erit exclusa; ita ut licet postea feudi successor nullo relicto filio, decesserit, non tamen amplius ad feudi successionem admittatur. *tit. 6. §. quin etiam. lib. 1. F. Bocer. de investit. feud. cap. 5. n. 62. Borcholt cap. 7. part. 2. n. 36. Rosenthal. cap. 7. concl.*



concl. 44. n. 13. Fachin. 7. contr. 45. Harpr. ad pr. 1.  
de hereditat. qua ab intestat. defer. num. 143. Duar.  
cap. 10. num. 12. Rittershus. in part. feud. cap. 14. q. 2.  
Sneidev. in Epitom. feud. part. 6. tit. de succ. ab in-  
testat. n. 50. Diss. Wesenbec. de feud. cap. 6. num. 23.  
Vult. in Comment. feud. c. 9. nu. 52. Sonsbec. in com.  
feud. part. 9. num. 130. Et seq. Heig. part. 1. quest. 26.  
Johan. Niell. in disputat. feud. 5. thes. 4.

**XXI.** Quod & eo casu verum putamus, quo  
masculus ille filius, qui foeminam excluderat, mox  
post mortem patris sui è vivis decessit: Nam ne  
hic quidem foeminam admitti, rationis est. arg.  
tit. 6. §. quin etiam lib. 1. F. Et arg. l. uxoris abortu,  
C. de posthum. hered. instit. l. si quis heredem 6. C. de  
instit. Et substit. Diss. Vult. d. cap. 9. num. 54. Snei-  
deuv. in Epitom. feud. part. 6. tit. de success. ab in-  
testat. n. 51. Sonsbec. part. 9. n. 131.

**XXII.** Sicut autem foemina per masculum ex-  
clusa, manet in posterum etiam exclusa; ita si se-  
mel, deficientibus masculis, fuerit admissa, per  
supervenientem masculum à feudo nunquam  
repellitur. l. ii. ff. de R. Jun. l. 35. ff. de acquir. velo-  
mitt. hered. Harpr. ad d. princip. num. 183. Et seqq.  
Vult. d. cap. 9. nu. 36. Sneidev. in d. tit. de success. ab  
intestat. num. 48. Zas. in Epitom. feud. part. 8. n. 531  
Sonsbec. part. 9. num. 140.

B

XXIII.



**XXIII.** Cæterum, etsi filia in feudum succedere nequeat: in pecuniam tamen ex feudo redacta succedere nil eam prohibet. *arg. tit. 2. lib. 2. F. vide Amplissimum & Excellentissimum Ictum Dn. Gotofredum Antonium in disput. feud. 6. th. 7. lit. b.*

**XXIV.** Ut & in meliorationes factas à vasallo in bona feudalia. *Borcholt. d. cap. 7. part. 2. n. 73. Vult. de feud. cap. 11. n. 113.*

**XXV.** Quin etsi aliunde ali aut dotari nequeat, alimenta & dotem ex feudo illi decerni æquum est. *arg. tit. 6. in fine lib. 1. F. Borcholt. de feud. cap. 7. part. 2. n. 73. Rosenthal. cap. 9. concl. 9. n. 1. & seq. Rittershus. in partit. feud. lib. 1. cap. 14. q. 9.*

**XXVI.** Legitima tamen non nisi ex feudo merè hereditario, filia debetur. *Fachin. 7. contr. 46. Rosenthal. cap. 7. concl. 13. n. 31. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. n. 58. Johan. Ruding. lib. 1. var. lect. feud. cap. 61. Uvesen. de feud. cap. 6. nu. 25.*

**XXVII.** Et tantum de successione Fœminarum: His verò quoad propositum comparantur Clerici: Qui ad unum omnes à feudi successione removentur; adeò ut nec per substitutum servire possint: Tum quod generaliter de clericis sit scriptum; nos Christi milites factos, desisse milites esse seculi: Tum etiam quòd senior pro qualitate feudi personam vasalli propriam requirere possit. *tit. 30. & 36. lib. 2. F. Sneidev. part. 6. cap. 3. n. 23.*

Bor-



Borcholt. d. cap. 7. tit. de success. n. 62. Vult. cap. 9. n. 67. Sonsbec. part. 9. n. 115. Fachin. 7. contr. 35. Sonsbec. part. 9. n. 115.

XXVIII. Quod verum est quamvis habitum religionis clericus postea abjecerit, prout expresso <sup>remittenti in</sup> <sup>quo non dat agere</sup> textu juris nostri feudalis cautum est in tit. 30. lib. 2. F. Borcholt cap. 7. n. 62. Rittersh. in part. feud. lib. 1. c. 15. q. 10. Vide Anton. Cont. in Method. feu. c. 6. in pr. XXIX. Nec interest cujus generis aut conditionis sint, adeo ut & Episcopi & Cardinales a feudorum successione repellantur, per d. tit. 30. lib. 2. F. Vult. cap. 9. n. 67. Menoch. de recuper. poss. remed. 10. n. 68. Et in arbitr. jud. quest. cent. 3. casu 231. Ros. cap. 7. concl. 29. n. 9. Et seq. Rittersh. in part. feud. c. 15. q. 23. Diss. Borcholt. cap. 5. n. 49. in fine Et cap. 7. tit. de success. n. 62.

XXX. Atque hoc ad feudum emptitium quoque extendendum putamus. arg. d. tit. 30. lib. 2. F. Et tit. 21. in fine eod. Vult. d. cap. 9. n. 67. vers. octavus. Rosenth. cap. 7. concl. 30. n. 30.

XXXI. Non etiam ad feudum Francum, aut ad ejusmodi feudum cujus servitia certa & determinata sunt, quæque per clericum æque commodè atque honestè expediri possunt atque per alium quemvis, arg. d. t. 21. in fine lib. 2. F. Vult. d. cap. 9. n. 67. vers. Secundo. Schneidev. part. 6. tit. de succ. descend. n. 24.



**XXXII.** Sed quid de fœmineo feudo dicen-  
dum? Etiam in hoc succedere existimant cleri-  
cum: Verùm contraria opinio verior nobis vide-  
tur. *Vult. d. n. 67. vers. Nonus est.*

**XXXIII.** Porrò quod de Clerico hætenus di-  
ctum est, idem de monacho quoque dicendum  
*tit. 21. in fine tit. 30. lib. 2. F.*

**XXXIV.** Adeò ut si monasterium servitia per  
substitutum præstare velit; non tamen eò magis  
admittatur; planè ut de clericis supra dictum est.  
*Sneidevvin. part. 6. cap. 3. num. 23. Borcholt. de feud.  
cap. 7. tit. de success. ab intestat. n. 62. Vult. d. c. 9. nu.  
67. Sonsbec. part. 9. n. 115. Rittershus. in part. feud.  
lib. 1. cap. 15. n. 19.*

**XXXV.** Idemne de Equitibus Hierosolymita-  
nis, Rhodiensibus, Melitensibus, Teutonicis aut  
consimilium ordinum, dicendum est, ut ne hi ad  
successionem feudorum admitti debeant? Ita o-  
mnino videtur per ea quæ tradunt *Fachin. 7.  
contr. 36. Vult. d. c. 9. num. 67. v. de Equitibus. Ru-  
ding. lib. 1. var. lect. feud. c. 87. Valentin. Forster. de  
success. lib. 4. cap. 23. nu. 39. Diss. Rittershus. in d. c.  
15. q. 24*

**XXXVI.** Denique à feudorum successione,  
non minus atq; fœminæ, repelluntur *Imperfecti;*  
qui vel animo tales sunt, vel corpore: Animo  
imper-



imperfecti sunt *Furiosi & Mente capti*; Qui  
cùm ad servitia feudalia præstanda inepti sint, æ-  
quum est, ne dominus servitiis suis defraudetur,  
eos ad successionem feudi non admitti. *tit. 36.  
lib. 2. F.*

*XXXVII.* In feudum tamen Francum & à ser-  
vitiis planè liberum illos succedere, nulla prohi-  
bet ratio. *d. tit. 36. lib. 2. F.*

*XXXVIII.* His verò *prodigum* non putamus  
annumerandum. Etsi enim ratione administra-  
tionis furioso æquiparari soleat: tamen cùm ser-  
vitia non minus commodè quàm quivis alius  
attentus paterfam. exhibere valeat, ratio certè  
non permittit eum à feudi successione remove-  
ri *Vult. lib. 1. de feud. cap. 9. num. 63. in fine.*

*XXXIX.* Corpore imperfecti sunt *Surdi, Mu-  
ti, Cæci, Claudii*, & similes alij, manu aut alio quo-  
piam membro mutilati, atq; per hoc ad servitia  
præstanda inepti redditi: Quos eadem ratio  
in feudis succedere prohibet, quæ *Fœminas, Cle-  
ricos & animo imperfectos tit. 36. lib. 2. F.*

*XL.* Sed quid, si Dominus horum aliquem  
admittere, & de feudo paterno investire velit; u-  
trum id jure liceat? *Quæritur. Negantium sen-*

B 3 tentia




sententia est verior arg. l. 11. ff. d. R. Jun. Hartman.  
Pistor. lib. 2. quest. 32. num. 10. § 13. Schrader. part.  
7. cap. 5. num. 32.

— **XLI.** Quod si medicorum curâ postea resti-  
tuatur imperfectus, vel animo, vel corpore, sunt  
qui putent illum admittendum: Sed ab illorum  
sententia recedere nil dubitamus. Vide Sonsbec.  
part. 9. n. 114.

— **XLII.** Denique etsi quidam distinguant inter  
eos, qui imperfecti nati sunt, atque illos qui ex  
accedenti casu fortuito absque sua culpa tales  
sunt facti: Ut illi quidem à feudi successione re-  
pellantur: Hi verò non item: Tamen cum textus  
juris feudalis nusquam sic distinguant, nec nos  
distinguemus. tit. 36. lib. 2. F. § tit. 6. lib. 1. F.  
Vult. d. c. 9. num. 64. Diss. Niell. in disp. feud. 5.  
th. 5. lit. b. Schneidvv. part. 6. n. 31. Zas. part. 8. nu.  
68. Duaren. de. feud. c. 9. num. 15. Hartm. Pistor.  
lib. 2. quest. 32.

**F I N I S**











Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011




SB

VD17


Retrokonv.,












B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



UDALIS  
VII.

eminarum,  
erfectorum,

A.  
ebergensium

CI HUNNII  
si U. J.D.

usa proponit  
CLAUSIUS  
VUS.

*In loco consuetis.*

GÆ  
euberlichij.

14

52

